



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Caput CLXXXIII. De Desolatione terrae Scaloviae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Haimannus C. de Heldringen VIII. Mag. Gen. Ord. Teut.**Conradus à Tierberg Senior IX. Magister Provinc. Prussiae.*

equitum, aliis cum XV. navibus procedentibus circa castrum Scalovitarum Saffoviam convenerunt, & ad impugnationem ejus viriliter accedentes, ipsum post longam altercationem potenter expugnaverunt, & partim captis hostibus, aliis gladio trucidatis, in cinerem redegerunt.

CAPUT CLXXXIII.

De

Desolatione terræ Scaloviae.

Multa bella alia sunt gesta per Fratres contra Scalovitas, quæ tædiosum esset scribere. Postquam ergò potentiores terræ hujus Domini scilicet Surbanis, Svisdeta & Svedeta viderunt sibi Deum terribiliter offensum, & fratribus miro modo propitium, non audentes ultra Divinæ potentiae resistere, ad Christianos, relictâ paternâ hæreditate, successivè cum omni domo & familiâ suâ successerunt. Communis autem populus audiens, quod Duces exercitus sui, per quos bellum gerebatur, recessissent, subjecit etiam se fidei Christianæ. Sicque terra illa fuit sine habitatore multis annis.

CAP. CLXXXIV.

De

Apostasia III. Pruthenorum & captivitate Commendatorum de Christburg & Elbingo & familia eorum.

Cum ergo sub innumeris expensis & laboribus, infinitisque angustis ferocem illam gentem & indomitam Prutheno-